



**Erasmi a Chokier Tractatus absolutissimus de
iurisdictione ordinarii in exemptos, deque illorum
exemptione ab ordinaria iurisdictione**

Mvltis Pontificvm Decretis, Et SS. Congregationis ... Cardinalium
Declarationibus illustratus ; omnibus in iudicio Civili & foro Ecclesiastico
versantibus perquam utilis ac necessarius ; in duos tomos ab ipso Auctore
distinctus

Chokier, Érasme de

Coloniae Agrippinae, 1684

39. Excommunicatus sub conditione si postea eximatur, an veniente
conditione ligabitur excommunicatione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61886](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61886)

QUÆSTIO XXXIX.

Excommunicatus sub conditione, si interim eximatur ab ordinario, an veniente conditione ligabitur excommunicatione?

SUMMARIUM.

1. Negativam tenet Archidiaconus. 3. Affirmativam, verò tenuit Joann. Andrea.
2. Fictio retractiva non habet locum in censuris.

1. Quod veniente conditione Exemptus non ligetur, censuit Archidiaconus, in cap. ut animarum, de consuet. in 6. eique assentiri videtur Navarrus in Manuali cap. 271 n. 273. Miscella 2. vers. 10. quia fictio retroactionis non habet locum in censuris, arg. cap. licet de sent. excom. in 6. At verò è contra stetit plena disputatione Joan. Andr. in cap. cum sunt parvum de Reg. Jur. in 6. & cap. praterea de appell. Compendii gratia satis nunc sit lectorem remisisse ad ipsos fontes. vide glossam & alios in cap. Salomita in verb. sub excommunicationis dist. 63. Borgeium tract. de irregul. & dispens. part. 6. tit. 3. an ne excommunicatione requiratur num. 11. remissivè. Faber l. statu C. de testam. ma. num. 11. Idem tractant per multi in non ab simili materia apud Tiraquel. de retract. consanguinit. §. 1. gloss. 10. num. 42. & seqq. Gregorius Sayrus in Thesuro Theologia Moralis part. 1. lib. 1. cap. 21. num. 18. & latè num. 19. ubi assentitur Joan. Andr. dicens, quod iurisdic. non tollatur mutatione fori, quod per sententiam præventum est, Arg. cap. praterea 2. de appell. ubi latè glo. in verb. impedire: ubi Innocent. num. 1. Abb. num. 10. Marian. Socin. in cap. sacro num. 162. dicens hanc opinionem esse communem de sent. excom. Hugol. de censur. Eccles. tab. 1. cap. 20. §. 6. num. 4. Covarr. cap. alma mater 1. part. §. 10. num. 6. de sent. excom. in 6.

QUÆSTIO XL.

Sententia contra exemptum ab ordinario lata, an subsistat?

SUMMARIUM.

1. Sententia ordinarii lata in Exemptum, est nulla. 4. Item licet ordinarius decreverit se competentem.
2. Etiam si sit excommunicatoria: limitata 5. Potest de nullitate dici post longum tempus.
3. Aut non comparuerit ad allegandum 6. Excipitur nisi fuisse de Exemptione in iudicio cognitum.
7. Sen-